Actum in Castro Præmysliensi Feria Secunda post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo 5/v

Swichowski Advitalitas 966

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosus Martinus Swichowski, olim Generosi Floriani Swichowski cum olim Generosa Feuronia Lidynska Consorte eius legitima procreatus Filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam publice libere, ac per expressum recognouit. Quia ipse habita ratione amoris Coniugalis, dexteritatisque suæ hoc in passu satisfaciendo Generosæ Zophiæ Bogucka olim Generosi Alberti Bogucki cum olim Generosa Christina Murzynowiczowna procreatæ filiæ suæ vero.

1986

+

Recognoscentis Consorti legitimae super omnibus generaliter bonis suis haereditariis, obligatoriis, mobilibus et immobilibus, summisq[ue] quibusuis habitis et habendis nec non auro, argento, stanno, cupro, aere, onichalco, monilibus, Vnionibus, margarethis, Vestibus, Vestimentis, pecoribus, pecudibus, equis, Equitiva, totaq[ue] supellectili domestica in quacunq[ue] forma et materia existen[ti]b[us] nunc habitis et post habendis, advitalitatem, et Vsum fructum, ad extrema Vitae ipsius tempora, inscripsit, et Concessit, prout inscribit et Concedit praesentibus, tali Videlicet modo. Quod si prius praefatum Generosum Martianum Swichowski, recognoscentem maritum, quam praedictam Generosam Zophiam Bogucka sui recognoscentis Consortem de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Generosa Zophia Bogucka Consors sua bona generaliter omnia haereditaria, obligatoria, mobilia et immobilia resque suprascriptas omnes morte eiusdem Mariti sui derelictas, cum omni eorundem Iure dominio, et proprietate, omnibusque et singulis bonorum eorundem, suprascriptarumq[ue] rerum, Vtilitatibus, fructibus proventibus, redditibus, commodis, obventionibus, attinentiisq[ue] et pertinentiis generaliter Vniversis, tenebit habebit et possidebit, illisq[ue] pacifice et quiete Vtifruetur ad extrema duntaxat Vitae suae tempora, post mortem Vero eiusd[em] Generosae Zophiae Bogucka Consortis suae

extunc.

ex tunc bona eadem suprascripta omnia ad successores præfati Generosi Marciani Swichowski mariti sui sine ulla contradictione et impedimento successorum præfatæ Gnosæ Boguska Coniugis suæ, cum pleno Iure eorundem bonorum devolventur. Hac sua personali recognitione ad præmissa oia mediante.

Zaboklickie Strusowi Pocillatori Terræ Villnensi Cedunt.

266

Comparentes personaliter coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi Anna de Strzyzow olim Generosi Remigiani Zaboklicki Vexilliferi Bidgostiensis Consors relicta Vidua, tum Stanislaus et Josephus Zaboklicci præfati olim Generosi Remigiani Zaboklicki filii, mater cum filiis sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis quibusuis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam publice, libere ac perexpressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi tam oes Coniunctim, quam quilibet illorum seorsim de omnibus generaliter Causis et actionibus